

De la Librerie du Collège de la Compagnie de Salern



MARTINI
BONACINÆ
MEDIOLANENSIS.

S. THEOLOGIAE, ET

*L. V. D. Comitis Palatini,
et utriusque Signaturæ
Registrarij Apostolice.*

OPERA OMNIA.

NUNC PRIMUM IN
*tres Tomos distributa
et altero tanto
Auctiora.*



LUGDVNI,
Sumptibus CLAVDII LANDRY,
M. DC. XXIX.

Com Privilegio S. Cæsaris Majestatis.

et REGIS Christianissimi.

MARTINI BONACINÆ

MEDIOLANENSIS,

SACRÆ THEOLOGICÆ ET IVD.

COMITIS PALATINI, ET VTRIVSQUE

signaturæ Referendarij Apostolici,

OPERA OMNIA

RECENS IN TRES TOMOS DISTRIBVTA,

Quorum PRÆFATI duo notissimis tractatibus, quos in summo capite, & in numeris subinde
accessionibus, quas adhibere non contempnit indicit, locupletiora, & pleniora, et accurate
per ipsummet Autorem recognitione. TERTIUS inquam, ab hoc die, nisi peritum
prodit. Ut nihil vitæ sit, quod ab Autorem ad pietatem & viderentur aboleram Mialis Theo-
logia vniuersæ, huc capiam & scientiæ & educationem expediat. LUGDVNI.



LUGDVNI.

Sumptibus CLAVDII LANDRY.

M. DC. XXIX.

Cum Privilegio sacre Cæsaræ Majestatis & Christianissimæ Francorum Regis.





VRBANVS VIII
PONTIFEX



BARBERINVS
MAXIMVS

Cl. audran fecit



SANCTISSIMO, BEATISSIMOQVE
PATRI, AC D. N.

VRBANO VIII.
PONT. MAX.

Perpetuam felicitatem.



Excellentium Tutelarium suprema dignatio, quas res semel in suam clientelam volens adoptarit, ut ea suo nullo se prodant indicio, & earum ullas dotes nemo aperiat, de eis rebus ita coniecere solent, & aestimare mortales, ut non posse non esse singularis cuiusdam excellentiae pronuncient, ad quas suo presidio scilicet tuendas, & sua auctoritate corroborandas, principes homines voluntatem, studiumq; adiecerint. Enimvero sic natura quadam inductione, ac sollemni mortalium usu compara-

SVMMA PRIVILEGII
Regis Christianissimi.

LUDOVICVS XIII. Dei gratiâ Galliarum & Navarrae Rex Christianissimus, singulari privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra sex annos, à die finitæ impressionis computandos, imprimat, seu typis excudendum curet, & venale habeat opus, quod inscribitur, MARTINI BONACINÆ Mediolanensis opera omnia, recens in tres Tomos distributa, quorum priores duo nonnullis tractatibus, quibus hæcenus caruerant, & innumeris subinde accessionibus, plus tertia parte aucti; tertius verò nunquam antehac editus, nunc primum prodit, præter CLAVDIUM LANDRY, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Qui secùs faxit, præter librorum confiscationem, quater mille librarum illatione mulctabitur; vti latiùs patet in litteris, datis Bellocairi 10. Iulij 1629.

Ex mandato Regis

Signatum

COVPEAV.



TRACTATUS DE SACRAMENTIS.



DISPUTATIO PRIMA.

De Sacramentis in genere.

SACRAMENTI nomen non solum à profanis, verum etiam ab Ecclesiasticis Scriptoribus variis modis accipitur; aliquando enim sumitur pro secreto, iuxta illud Tobix 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Aliquando pro iuramento, *cap. si iuramenta 2. 2. quest. 4. [C. l. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit.]* Aliquando pro mysterio, ad Timotheum 3. *Magnum est pietatis Sacramentum,* vbi in Græca editione habetur, *mysterium.* Aliquando, & ferè communiter, Sacramentum accipitur pro re sacra, vt tradit Bellarminus *lib. 1. de Sacramentis, cap. 2.* Nauarrus *in summa cap. 22. num. 1.* Valencia *tom. 4. disp. 3. quest. 1. puncto 1.* Henriquez *lib. 1. cap. 1. num. 1.* Didacus Nugnez *in 3. parte S. Thoma, in sua præfatione, significatione 5.* Coninchus *de Sacramentis in genere, quest. 6. art. 1.* Sayrus *de Sacramentis in genere, art. 1.* Vasquez *3. parte, quest. 60. disput. 128. cap. 1.* [Suarez *3. part. quest. 60.* Filliucius *tract. 1. cap. 1. num. 3.*] & alij. Nos in præfenti accipimus Sacramentum, vt significat id, quod à Christo fuit institutum ad conferendam gratiam, de quo nobis sex principaliter quærenda sunt.

Primò, quid, quotuplex, & quàm necessarium sit Sacramentum.

Secundò, quæ sit ipsius materia, & forma.

Tertiò, quæ sit causa efficiens.

Quartò, quæ sit ipsius effectus.

Quintò, quòdnam sit subiectum.

Sextò, quo ritu, & ceremoniis administrandum sit.

QVÆSTIO PRIMA.

*De numero, necessitate, & definitione
Sacramenti.*

PVNCTVM I.

Quid sit Sacramentum.

- 1 Sacramentum quid sit.
- 2 Sacramentum non est res rationis.
- 3 An Sacramentalia sint Sacramenta.
- 4 Sacrificium vt sit an sit Sacramentum.
- 5 Signum quid sit.
- 6 An Sacramentum dicatur signum.

Bonacinae Sum. Mor. Tom. I.

7 Sacramentum quotupliciter dici potest signum.

8 An Sacramentum debet esse signum similitudine representans [id] quod significat.

9 Cur Deus in signis, & rebus materialibus instituerit Sacramenta.

PLVRES Sacramenti definitiones afferuntur à Doctoribus: nam iuxta S. Augustinum *lib. 10. de Civitate,* quem sequitur D. Thomas *3. parte, quest. 60. art. 2. in corpore,* Henriquez *lib. 1. de Sacramentis c. 1. num. 3.* Bartholomæus ab Angelo *de Sacramentis dialogo 1. §. 1. littera D.* Alexander Pelantius *3. parte de Sacramentis disput. 3. conclus. 1.* Pectus Ledesina *1. parte summe cap. 1. vers. Prima conclusio.* Sacramentum definitur rei sacre signum, vel inuisibilis gratiæ visibilis forma.

iuxta Hugonem de Sancto Victore *lib. 1. parte 7. cap. 2.*

A

SACRA